Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

PALIPO

illo non erit pax egredienti & ingre
dienti sed terrores iudicij in omnibus
habitatoribus terrarum. pugnabit enim
gens contra gentem & ciuitas con
ciuitatem. quia dominus conturba
bit eos in omni angustia. vos ergo
confortamini et non dissoluantur ma
nus. erit enim merces operi uestro. Quod
cum audisset asa uerba. & prophetiam
azarie filij obeth prophete confortatus
est. & abstulit idola de omni terra
iuda. & benamin. & de urbibus quas
ceperat montis ephraim. & dedicauit
altare domini quod erat ante porti
cum domini domus. Congregauit
que uniuersum israel & benamin. & ad
uenas cum eis de ephraim. & de ma
nasse. & de symeon. plures enim ad eum
confugerant de israel. uidentes quod
dominus deus illius esset cum eo.
Iuraueruntque in uirtute mente & ca
pite. anno quintodecimo regni asa in
molauerunt domino in die illa de ma
nubias & preda quam adduxerant
boues. d. cc. & arietes. vii. milia. & in
trauerunt ex more ad coniurandum
fedus ut quererent dominum deum pa
trum suorum in toto corde suo. & in
tota anima sua. Si quis autem non
ierit quesierit dominum deum israel
moriatur a minimo usque ad maxi
mum. a uiro usque ad mulierem. In
trauerunt autem in uoce magna in iubilo
et in clamore tube. & in sonitu buci
ne omnes qui erant in iuda cum ex
ecratione. in omni enim corde suo iura
uerunt. & in tota anima sua. & in tota u
oluntate quesierunt eum. & inuenie
runt. prestitit que eis dominus requie
per circuitum. sed & maacham matrem
asa regis exauctoratam de poliit impu
ta quod fecisset simulachrum priapi
quod omnino contriuit. & in frusta con
minuens combussit que in torrente
cedron. excelsa autem derelicta sunt in
israel. Attamen cor asa erat perfectum
cunctis diebus eius. ea que iuuerat pa
tri eius. & ipse intulit in domum domini
argentum & aurum uasorum. que di
uersam supellectilem. bellum autem
non fuit usque ad xxx. annum regni asa.

XVI

Anno autem tricesimo vi. regni eius ascen
dit baasa rex israel in iudam
et muro circumdedit rama. ut nullus
egredi aut ingredi posset regno
asa. Attulit autem asa argentum & au
rum de thesauris domus domini. & de
thesauris regis. misit que ad benadab
regem syrie qui habitabat in damasco
dicens. fedus inter me & te est. pater
quoque meus & pater tuus iniuicem
habuerunt concordiam. quam ob rem
misi tibi aurum & argentum ut rup
to federe quod habes cum baasa rege
israel. faciat eum a me recedere. Quo
comperto benadab. misit principes exer
cituum ad urbes israel. qui percusserunt
aion. & dan. & abelmaim. et omnes ma
ciuitates munitas neptali. Quod
cum audisset rex baasa desiuit edifi
care ramam. & intermisit opus suum.
Porro asa rex assumpsit universam
iudam. & tulerunt lapides de rama. &
lignum que edificabat ibi fecerat basa
edificauit que ex eis gabaa. & maspha.
In tempore illo iecit anani propheta ad
asa regem iuda. & dixit ei. Quia habu

isti